



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1783**

**VD18 90119304**

§. 87. Variæ summi Pontificis Constitutiones, & SS. Congregationum  
decreta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67596)

§. LXXXVII.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1722.

*Varie summi Pontificis Constitutiones & SS. Congregationum decreta.*

Primo Pontificatus anno Innocentius XIII. Papa paucas admodum edidit Constitutiones, inter quas præcipue sunt, quibus Universale indixit Jubilæum, & gratias & privilegia, quibus plures Pontifices Urbinum Civitatem Clementi XI. Patriam ornaverant, confirmavit, auxitque, ac denique Custodi & Quardiano S. Sepulcri concessit potestatem conferendi Sacramentum Confirmationis, Oleo & Chrismate ab Episcopo benedictis, si novum haberi nequit, etiam veteri: Indulfit denique Pontifex Venetis, ut pro reparanda Corcyrensi Urbe usque ad Annum 1728. ex omnibus Ecclesiasticorum bonis decimum nummum colligere valeant, ipsemet quoque eis quinquaginta scutorum millia hunc in finem erogavit. Pariter Sacra Congregatio Inquisitionis die vigesima tertia Martii contra librum P. Hyacinthi Serry decretum edidit tenoris sequentis: Sacra Congregatio Eminentissimorum & R. R. D. D. S. R. E. Cardinalium in tota Republica Christiana contra hæreticos &c.

*Bull. magn. Const. Innoc. XIII. tom. 8. S. Congr. Rit. Indic. Decis. Index lib. proh. p. 255.*

Ec 2

De

**Sæc. XVIII.** De Mandato S. S. D. N. Innocentii Pa-  
A. C. 1722. pæ XIII. cui relata fuerunt cum præ-  
 fatis censuris eorundem Eminentis-  
 morum vota, præfenti decreto prohibet & damnat librum, cui titulus: *Excitationes historicæ, criticæ, polemice de Christo ejusque Virgine Matre, quibus Judæorum errores de promissione liberatore nova methodo refelluntur*. Christianæ Religionis mysteria omnia certam historiæ fidem eriguntur, explicantur, defenduntur, habitæ in Academia Patavina a Fr. Jacobo Hyacintho Serry, primario ibidem S. Theologie Professore, Doctore Sorbonico, Ordinis Prædicatorum, Venetiis 1719. quo, quam plurima continentur temeraria, scandalosa, perniciofa, injuriosa in Sanctos & celebres Ecclesiæ scriptores, piarum aurium offensiva, & tendentia ad subversionem simplicium, itaque librum &c.

Cum autem occasione Jubilæi a Prædicti Canonici Genuenses contulerent, sibi Eleemosynas, quæ sunt in Cathedrali, distribuendi jus competere eo quod in Bulla diceretur: *ac Patribus aliquam Eleemosynam, pro unicuique suggeret devotio, exhiberint.* E contrario autem Archiepiscopus id sibi convenire putaret, propositâ hac causa Sacra Episcoporum

Congregatio die quinta Martii respon-  
dit, hanc distributionem Archiepiscopo  
ex capsulis expositis occasione Jubilæi  
etiam in Ecclesia Metropolitana com-  
petere, hancque causam non amplius  
esse proponendam,

Præterea Capitulum Metropolita-  
næ Ecclesiæ Brundusinæ loco faciendi  
processionem in Dominica palmarum  
per circuitum propriæ Ecclesiæ, ab  
antiquissimo tempore solitum est illam  
ducere ad locum quemdam, cui hebrai-  
cum nomen est: Hofanna, latine, sal-  
vum fac, extra mænia dictæ civita-  
tis positum, in quo ex antiqua pariter  
consuetudine a sacra Congregatione Ri-  
tuum tolerata seu approbata Anno 1711.  
solitum est legere græca lingua Episto-  
lam illam & Evangelium, quod in aliis  
Ecclesiis legitur latino idiomate: de-  
inde vero loco aperiendi portam ma-  
jorem propriæ Ecclesiæ eo tempore,  
quo canitur, solita illa Antiphona:  
*Attollite portas &c.* illam cantat ante  
januam civitatis, vulgo *Mesagna* ibi-  
que peragere solet ceteras S. functiones,  
quæ in aliis Ecclesiis fieri solent ante Ja-  
nuam majorem cujuslibet Ecclesiæ. Ad  
hanc solemnem processionem tanquam  
publicam concurrunt uterque Clerus, sed  
Patres Dominicani se opposuerunt hujus-  
modi consuetudini, habitoque recursum

E e 3 ad

Sæc. XVIII. ad S. Episcoporum & Regularium Co-  
 A. C. 1722. gregationem & proposito dubio: n

Patres Dominicani conventus S. Mariæ  
 Magdalensæ & conventus S. Dominici civi-  
 tatis Brundusinae, teneantur accedere ad  
 prætensam publicam & solemnem processio-  
 nem, quæ singulis annis, die Dominica  
 palmarum dirigitur ab Ecclesia Cathedrali  
 usque ad locum seu Ecclesiam Hosanna in-  
 cupatam extra mœnia dictæ civitatis? Re-  
 sponsum fuit affirmando, eos teneantur.  
 Die autem vigesima quinta ejusdem  
 Mensis S. Rituum Congregatio declaravit,  
 Officium S. Joannis de Deo, & S. Isidori  
 tanquam Doctoris imposteriorum sub ritu  
 duplici ab omnibus Christi fidelibus utriusque  
 sexus esse celebrandum: Eadem quoque  
 Congregatio indulget, ut Officium proprium  
 & Missæ pro solemnitate Sanctissimi Redemptoris  
 approbatum ab universo Clero utriusque  
 sexus sub ritu duplici celebrari possit.  
 Patribus quoque Calceatis Augustinianis  
 concessit, ut Officium Petrocini S. Josephi  
 sub ritu duplici secundæ classis tertia  
 Dominica post Pascha recitare & celebrare  
 valeant. Officium vero S. Pauli primi Eremitæ  
 S. Congregatio die undecima Julii sub ritu  
 duplici minoris evexit. Die vero vigesima  
 secunda Augusti Eadem Congregatio declaravit,  
 quod Episcopus unus

unius Ecclesie deputatus administrator Sæc. XVIII.  
 alterius, in functionibus Pontificalibus A. C. 1722.  
 non gaudeat omnibus illis prærogati-  
 vis, quibus alii Episcopi fruuntur in  
 propriis Diæcesibus: sique sit Admini-  
 strator amovibilis, dum cantat Missam  
 & Vesperas in Pontificalibus, non pos-  
 sit sedere super Cathedra Pontificali,  
 nec uti Baculo Pastoralis sed sedere  
 debeat super Faldistorio prope Altare  
 sine Baculo, & sine Candelabro septi-  
 mo & sacris vestibus indutus tantum  
 tribus Canonicis, scilicet, Diacono,  
 Subdiacono, & Presbytero, omnes  
 tamen Canonici eum, dum ad Cathed-  
 ralem accedit, in Episcopali æde ex-  
 cipere & ad Portam Ecclesie comitari  
 deberent, nec tamen is possit conce-  
 dere Indulgentiam quadraginta die-  
 rum, nec quoque anniversarium suæ  
 consecrationis pro eo fieri debeat, mi-  
 nus vero in Missa a Capitulo & Clero  
 cantata ejus Nomen sit memorandum  
 in Canone a Celebrantibus.

Die vigesima secunda Augusti pro-  
 positus fuit casus sequens: A sexennio  
 & ultra Joseph Pichi Apostolica au-  
 thoritate provivus fuit de Præpositura,  
 tanquam de prima dignitate, in Ec-  
 clesia cathedrali Burgi S. Sepulchri,  
 & uti talis primum locum in omnibus  
 functionibus semper pacifice obtinuit,

Sæc. XVIII. eodem prorsus modo, quo illum sæc. XVII. per obtinuerunt omnes illius Prælati, A. C. 1722. percessores, Anno vero 1620. die 13. Maii a Clemente undecimo decoratus fuit Privilegio Protonotariatus Apostolici, cum omnibus & singulis honoribus & prærogativis solitis, quibus uti & gaudere possit, in hujus literalis indultæ executionem die 5. Martii 1721. accessit ad chorum cum dicto habitu ad effectum assistendi sanctis functionibus Recurrentibus autem aliis Dignitatibus inferioribus, & aliquibus Canonicis ad Episcopum, extorserunt ab eodem inhibitionem, ne dicto habitu uteretur adversus quam habito recursum ad eundem Episcopum, iste post plures judiciales actus, & temperamenta absque ullo fructu proposita; remisit Partem ad sacram Rituum Congregationem in qua proposito sequenti dubio videlicet: *An Præposito Cathedralis B. S. Sepulchri, qui est Protonotarius Apostolicus de numero non participantium sedere in choro, aliisque functionibus ecclesiasticis, incedere cum habitu prælati nempe Roccheto, & Mantelleta, & retinere locum & stallum, reluctantis aliis dignitatibus & Canonicis? Responsum fuit, affirmative amissis distributionibus quotidianis, & ut amplius causa proponatur; demandatum est.*

S. LXXXVII